eſt incōueniens ꝙ idez equiuoce ſit in diuerſis ſpeciebus. ¶ Ad ſextū eſt dōm ꝙ curſoꝛ ⁊ pugillatoꝛ pñt capi dupl'r. Uno° ꝓut ſ᷑cant naturales potētias currendi ⁊ pugillandi. Et ſic ꝑtinēt ad ſcdam ſpēm. Alio° pñt capi vt ſ᷑cāt artem vl' habitum currendi ⁊ pugillandi per exercitiū genitū. Et ſic pertinet ad primā ſpeciez ⁊ hoc modo ꝓprie accipiuntur. Quia nomina verbalia in oꝛ ſi ꝓprie accipiātur ſignificāt habitum. Et hoc modo naturalibus potentiꝫ ⁊ impotentiꝫ ſepe non ſunt nomīa impoſita idō ſepe opoꝛtet vti nominibus impꝛopꝛiꝫ cuiuſmodi ſunt iſta nomina curſoꝛ pugillatoꝛ ⁊ ſimilia. ¶ Ad ſeptimū eſt dicendū ꝙ naturalis potentia ⁊ impotentia non ſunt vnū genus niſi ad hūc intellectū. Quia ponūtur loco vnius generis. quia per idem non eſt ſubiectū naturaliter potens ⁊ impotens. ¶ Ad octauū eſt dicendū ꝙ non debent nomīa nominari nec ſūt vnum genus vt dictum fuit. ſed ponūtur loco vnius generis ſubalterni innomīati ſicut in ſimili. Quia ſi aīal qđ eſt genus ſubalternū non haberet nomē impoſitū. Tunc dicerem⁹ ſpecies coꝛpoꝛis animati ſenſibilis ē hō vl' bꝛutum

## Secūduz dubiū eſt

Que ſunt qualitates que in iſta ſcđa ſpecie reponūtur. ¶ Solutio. oīs aptitudines vl' inclinatōes quibus ſubſtantia faciliter ṗt in ſuas operatōes vl' quibus in eiſdem impedit᷑. vt ſunt ꝓprie paſſiones ⁊ oīs potentie aīme ſiue ſenſitiue ſiue appetitiue ſiue intellectiue ſiue motiue. Et oīm harū ſpēs. vt nutritiua generatiua augmētatiua viſiua auditiua olfactiua guſtatiua tactiua. ſenſus cōmunis ymaginatiua fantaſia eſtimatiua memoꝛia appetitus ſenſitiuus iraſcibilis concupiſcibilis voluntas intellectus agens. poſſibilis. ⁊ oīs virtutes naturales quibus ſubſtantia eſt ṗncipiū agendi ad extra ꝓut diffuſi⁹ patebit circa veterē artem Areſtotelis. ¶ Tunc ibi.

¶ Tercia ſpēs qualitatis eſt paſſio ⁊ paſſibilis qualitas vt ille qualitates q̄ efficiunt in ſenſibus paſſiones vt in guſtu dulcedo amaritudo ⁊ ſilīa. Et etiā ille qualitates ſunt in hac ſpecie q̄ ab aliq̄ibus paſſionibus generātur. vel facile vel difficile mobilibus ⁊ permanentibus. ſiue enī nigredo ab aliq̄ paſſione naturali generetur ſiue ab egritudine ſiue ab eſtu q̄litas paſſibilis dꝛ.

Hic ponitur tercia ſpecies ſuboꝛdinata eſſential'r huic generi generaliſſimo Qualitati ſcꝫ. ⁊ dicitur paſſio ⁊ paſſibilis qualitas ſic deſignata duplici nomīe ꝓpter duplicē modū inherēdi ſ᷑m quē hec ſpecies afficit ⁊ qualificat ſuū ſubiectū ⁊ copulātur hec nomina ꝑ coniūctionē copulatiuā. In ſignū foꝛmalis ydēptitatis eoꝛū que per ipa ſignificātur. vñ ille qualitates dicūtur paſſibiles que in ſenſibus efficiūt paſſiones ſicut dulcedo ⁊ amaritudo in guſtu ⁊ calidū ⁊ frigidū in tactu. ¶ Dicūtur etiā ille qualitates paſſibiles que generātur ab aliquibus pꝛioꝛibus paſſionibus in ſubiecto earum ſiue tales paſſiones fuerint mobiles ſiue permanētes. ſicut exēpli gratia ſiue egritudo ab aliqua paſſione generet᷑ puta a terroꝛe ira aūt triſticia ſiue non. ſed ab eſtu ⁊ egrotatiuis cauſis in ſubiecta egrotantis radicatis. ſꝑ dꝛ q̄litas ſ᷑m hāc ſpēm. ¶ Circa iſtā ſpēm ſunt dubia.

## Pꝛimū dubium eſt

An hec ſpēs ſub vtroqꝫ noīe ſuo deſignet vnā qualitatē in foꝛma. ¶ Solutio ſic. Quia data quacūqꝫ qualitate que ſub hac ſpecie reponitur ipa dꝛ paſſio ſimul ⁊ paſſibilis q̄litas. paſſio quidē inq̄ꝫtū ꝑ effectū ſue denominationis mobiliter ⁊ cū facili tranſitu infoꝛmat ſuū ſubiectū. Sed dicit᷑ paſſibilis inq̄ꝫtū per effectum ſue denomiatōis ꝑmanēter fixe ⁊ ſtabiliter cum difficili tranſitu afficit ⁊ qualificat idē ſubiectū. verbi grā. frigiditas generās paſſionē ſenſibilē in potentia paſſiua cū inualeſceret dicitur paſſibilis qualitas. Si autē ſtatim abierit q̄ſi ſubito ⁊ impulſe dꝛ paſſio. Sil'r ptꝫ per exemplū de q̄litatib⁹ illatis. i. a paſſione ṗma in ſubiecto cauſatis. cuiuſmodi ſunt accñā ꝑ ſiſtolem ⁊ dyaſtolē coꝛdis generata. vt ira gaudiū odiū rācoꝛ liuoꝛ anguſtia ſpes deſideriū. ⁊ ſic de aliꝫ. Hec enim qualitates dicuntur paſſibiles inq̄ntum radicitus inherent coꝛpoꝛi per huiuſmodi motus coꝛdis. Cum autem debiliter inheſerint ⁊ ſtatim euanuerint cum leui tranſitu dicuntur paſſiones. Et ſimiliter eſt intelligendum de qualitatibus ab his generatis. ſicut ē candoꝛ ruboꝛ cauſatus a pudoꝛe ⁊ verecūdia et paſſione cauſata a timoꝛe ⁊ triſticia Hec eñ qualitates ꝯñtes qualitates. Et ſi affixius et diuturnius fuerint accidentibus cauſate. paſſibiles dicuntur velut ille. Si autem enim ab huiuſmodi accidentibus debiliter ⁊ mobiliter radicatis cauſate fuerint tranſiunt de facili ſicut ille. ⁊ dicūtur paſſiones.



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-78/0227
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG